



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque
obeundi**

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

VII. De assistentia Parochi in Matrimonii aditu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50863)

statem Christi infinitam, summiq; Mo-
 archæ supellectilem decent?

VII. De assistentia Parochi in
 Matrimonii aditu.

Admone Sponfos, ut paulò ante consci-
 entia labes expient, ne forte cum
 vice peccati hoc Sacramentum suscipien-
 tes, propriâ ejusdem gratiâ se spolient.

II. Excita eos ad puram intentionem:
 ut conjugem accipiant in timore Domini,
 amore filiorum & auxilii mutui ad aeter-
 nam salutem magis, quàm libidine ducti;
 super illos, ut in maritos Sara potestatem
 obtineat demonium.

III. Hortare ut amore non naturali,
 carnali vel brutali: sed charitate superna-
 rali, spiritali & Christianâ se comple-
 antur, quemadmodum Christus Ecclesiâ.

IV. Exhortare ad fidem servandam &
 veram matrimonii cum charitate & pati-
 entia mutuâ supportanda, donec mors eos
 paret.

V. Matrimonium Heterodoxi cum Or-
 thodoxo vel contrâ, quantum possibile est,
 dissuade, ob plurima incommoda, & maxi-
 me ob periculum perversionis in prolibus,

quibus omnino prospiciendum, si aliter fieri
nequeat.

HORA X.

De Studio & Lectione Sacerdotum.

Observa I. Peractis manè divinis offi-
ciis, nisi cura pastoralis ad alia vocet,
horam precedentem cum hac studiis &
disciplinis statui tuo convenientibus im-
pende; ne otio diffluas, & pretiosum tem-
pus inutiliter teras.

Observa II. Si Parochi aut Ecclesie
munere fungeris, concioni proximè ha-
benda vel doctrina Christiana populo clarè
& fructuosè proponenda operam navat:
tende lectioni, exhortationi, doctrina; mo-
net Apostolus 1. Tim. 4. Si pro sacro tri-
bunali Arbitr es constitutus, Theologiam
moralem perolve; ut pœnitentes in viam
salutis dirigere nōris. Si Professoris officio
es admotus, studiis tibi assignatis te dia:
Professorem Discipulus audias, ut probè
discas, traditæque percipias, allabora.

Observa III. Si verò curâ parochi al-
liber Canoniatu aut Vicariatu gaudeas;
ne tamen tempus otio, sed utili, piâ, am-
nâq;